

LATINE: OEDIPUS

M^a TERESA BELTRÁN, M^a TERESA CASES, MERCEDES GARCÍA

grupogalatea@gmail.com

Postquam Oedipus, Laii et Iocastae filius, ad adulescentiam peruenit, fortissimus inter ceteros erat et alteri iuvenes per inuidiam se Corinthi regis natum non esse dicebant. Itaque Delphos ad oraculum consulendum profectus est.

Cum eo adiret, ille casu Laium in itinere inuenit et conflixit. Sed Oedipus, nesciens hunc eius patrem esse, de curru eum detraxit et occidit. Laio occiso, Creon Thebanorum regnum occupauit.

Interim Sphinx in Boeotiam missa est, quae agros uexabat. Qua de causa rex promisit se regnum et Iocasten sororem in coniugium daturum esse ei, qui Sphingis carmen solveret. Oedipus regni cupidine uenit et carmen recte interpretatus est.

Itaque ille, inscius eius origine, regnum paternum et Iocasten matrem uxorem accepit, ex qua Eteoclen, Polynicen, Antigonam et Ismenen procreauit.

Postremo Oedipus, cum se Laii filium esse atque tot scelera nefaria fecisse cognosceret, ex matris ueste fibulas detraxit seque oculos priuauit, et a Thebis cum Antigona filia profugit.



[Hyginus, *FABULAE*, LXVII]